



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanuelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Tributum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

TORTURA. 395

absolutiones. *art. 2. & quest. 74.*
art. 11.

TORTURA.

Vide Index.

Non est in usu Religionum aliud
torturæ genus, quam flagel-
latio & ieiunium in pane & aqua;
alia autem in aliis tribunalibus ex-
erceri solita, absit quod admittan-
tur in eis propter reuerentiam cle-
ricatus; & habitus regularis. *tom, 2.*
q. 12. art. 4.

Nec vnquam debet esse tanta fla-
gellatio, vt incolumitas flagellati
lædatur, vt iure prohibetur, vel vt vi-
deatur esse in vindictam sanguinis. *q.*
20. art. 7.

TRIBVTVM.

Vide exemptio.

Pius V. post alios summos Pon-
tifices concessit Regi Hispania-
rum Philippo quoddam subsidium
pro expeditione belli contra infi-
deles, super redditibus bonorum
Ecclesiasticorum, & Regularium,
etiam militiæ Regularis (demptis
Cardinalibus, & militibus Hiero-
soly.

solymitanis) per Nuntium Apostolicum taxandum. Et hanc concessionem confirmavit *Greg. XIII.* & alij sequentes. Ad hanc autē solutionem pro rata faciendā etiam Regulares censuris, & mulctatione pecuniaria per dictum Nuntium compelli possunt, non obstantibus quibuscumque privilegiis, inuocato etiam ad hoc, si opus sit, auxilio brachij secularis. *tom. 3. q. 74. art. 1.*

Ad hanc quotam taxandam necessario sunt Regulares vocandi & audiendi, ex præcepto *Clemen. VII.* aliās non tenentur soluere. *art. 5.*

Nouitius vendens bona sua, tenetur ad tributū Regale, vt alij. Quod tamen fallit in Fratibus Societatis *I e s u* post emissa vota simplicia. *art. 5.*

. Tradunt multi Doctores, tributum esse soluendum ab emptore iure communi; alij iure Regio à venditore, quidquid sit, Regularis vendens rem Monasterij aut suam, nunquam tenetur soluere, cum ius & priuilegium Regulares personas, & bona à Regia potestate eximat. *art. 7. & 10.*

Nec

Nec etiam tenetur Regularis emens à laico, cùm statim res empta transeat in emptorem; sed bene tenetur sæcularis vendens, Quod licèt causet aliquod damnum carioris emptionis, emptori tamen licitum est, nec libertati Ecclesiasticæ repugnat. *art. 7. & 13.*

Hæc tamen exemptio tributi non prodest Clericis, & Monachis quando emunt, vendunt, aut permutant pro negotiatione; cum scilicet hæc faciunt non ad suum vsum, aut vitam lucrandam; sed ad res reuendendas in eadem forma lucri gratia tantùm. *art. 8. & 10.*

Regulares speciali priuilegio exempti, quales sunt omnes Mendicantes, & Religiosi Beati Ioannis Hierosolymitani, non tenentur ad subsidia, exactiones, gabellas, & alia quocumque nomine vocentur solita dari Episcopis; nisi ratione aliquarum capellarum, aut Ecclesiarum Monasterio annexarum, habentium populum Ordinariis subiectum. *tom. 2. quæst. 66. art. 2. 3. & 4. & quæst. 67. art. 1. & 2.*

Per Concil. Trid. sess. 28. de Refor. cap.

cap.

398 VASSALLVS.

cap. 18. soli Mendicantes, & Malten-
fes eximuntur à contributione fa-
cienda feminariis habendis in vna-
quaque Diocesi. q. 67. art. 3.

VASSALLVS.

Vide Feudum, Monasterium.

Benedictini nigri iure habent vas-
fallos, & in eos vtramque iuris-
dictionem exercent. Olim Cister-
tensibus non licebat, sed hodie id
eis priuilegia concedunt. tom. 3. q.
73. art. 1. & 2.

VICARIVS.

*Vide Absolvere, Electio, Reser-
uatio casuum.*

Vicarius institutus à Capitulo,
aut Ministro Prouinciali ad
regendum in Absentia Guardiani,
aut Prioris, tempore quo præsidet,
gaudet authoritate, & priuilegiis
Guardiani; non autem alius ab ipso
Guardiano delegatus in absentia
sui, & dicti Vicarij eam authorita-
tem in omnibus habet. tom. 1. q. 19.
art. 2.

Vbi statutum est in Religione,
quòd Præsidentes aut Vicarij Con-
uentus